


Sabatem et Felicitatem

Nobiliss. et Ampliss. Vir, diuturni exilij calamitas, quae me ob constantem
fidei orthodoxae professionem, duobus jam supra decem, ^{annis} acerbissime ve-
xat, adeo tibi jam ante innotuit ut pro singulari tua pietate, non dubitaveris
coram, ex animo indoluisse dolori nostro. In ea calamitate ut aliquid sola-
tium quodere, cum gaudentibus etiam tandem gaudere possim, victorias
vestras ex potentissimo Hoste hoc anno partas idq. mirabili ac plane
stupendam virtute Inviectiss. Principis Auriaci coelo Civisq. carissimi,
per quem Dominus uti per nobile Organon suae benignissima volun-
tatis executores has Provincias non solum fovet protegit, conservat
verum etiam in admirandam vicinis gentibus ^{pene} invictam hostibus
autem Evangelij maxime formidandam, evellit felicitatem; serivo
merum mirari, venerari, adorare, calamo post tot Homines patri-
ciorum consignare ac publice celebrare coepi. Neq. sane immerito; Belgij
non enim nobis quaedam communis Patria est, hunc terra angulum pro ine-
ffabili sua Dominus misericordia nobis quoq. salvum esse vult, ut habe-
amus quo tuto confugiamus, et quibus cum spiritu hunc precarium, si quis
admir. restat, ducamus. Quare eius comoda, non minus ad nos, quam ad
ipsos Indigetes pertinere videntur. Harum exemplar Victoriarum ad te
Vir Amplissime mitto, et majorem in modum oro observo, obtestor, ut apud
Triumphatorem nostrum Principem Christianiss. quem pagina loquitur nos-
tra, me autorem gratia, favore, ac patrocinio ejusdem summo opere in-
dignum, de maiore nota commendes; quo rivulus quispiam aut guttulus
ex fonte beneficentiae clementiss. Victoris in me derivetur. Facies
rem dignitate tua non prosum indignam, mihi erga Illustriss. Everage-
tam obsequio humili, observantia et veneratione demissa; Te ipsum qui
harum Musarum scientia perfecta polles, earum contubernio post
publica negotia apprime delectaris, Teq. hoc genere scribendi solus
exactissime iudicare poteris cultu, studio, officio; utrumq. precibus
et votis apud Deum supplicibus, quovis loco et tempore commendam.
Quovis facilius ac feliciter negotium hoc procedat illud idem a
magnae Aulae vestrae ac Senatus nostri lumine eximio
per Literas demisse peto. Suscipite hanc curam alacres o
Virii Christianiss. et qua potestis homini egenti, non quidem
exquisite docto, non tamen proterus illiterato, certe ob fidem orthodoxam
plusquam decumanas hac aetate proventus et inclinatas, calami-
tates perperso, per vos ad aulam Numinis Auriaci manus levan-
ti, supplicat ferte. Ego interea dum vos rem strenue geritis pre-
bus vobis adjuvabo. Vale Vir magnae mihi magnificende
Aulae Auriacae, Patri dicitur insigne Deus, et plurimum Salve

Dab. sub occasum Anni 1632 a Nominis et Amplissae
trium Europaeorum occasu Dignitatis tuae
Regum notabilis.



Cultore, Admiratore
ac cliente

Xobilissimo atq; Amplissimo
Viro.
Dr. GERTHARTO MULDERO
Equiti. Illustris. Principi
Auricio a Cons. hie Secretisq;
Domino suo observando
ad manus.